



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

CII. Ne clerici viduarum familiaritati asscentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
398.

X C III.

^q Oblationes dissidentium fratrum neque in sacra-
rio, neque in ^p gazophylacio recipientur.

Dift. 90.
Oblationes
dissiden.

X C IV.

Eorum qui pauperes opprimunt, dona a sacer-
dotibus refutanda.

Et ibid.
Eoru qui.

X C V.

Qui oblationes defunctorum aut negant eccle-
sis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egen-
tium necatores excommunicentur.

13. q. 2.
Qui obla-
tiones def.

X C VI.

Quærendum in iudicio, cuius fit conuersatio-
nis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur.

2. q. 7.
Quærenda
est.

X C VII.

* Vir, qui. * Qui religiosis feminis præponendus est, ab episcopo loci probetur.

18. q. 2.
Qui.

X C VIII.

Laicus, præsentibus clericis, nisi ipsis iubenti-
bus, docere non audeat.

X C IX.

Mulier, quamvis docta & sancta, viros in con-
uentu docere non præsumat.

Dift. 23.
Mulier.

C.

Mulier baptizare non præsumat.

C I.

Viduæ adolescentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ, cuius viduæ sunt, susten-
tentur.

De conse-
dit. 3.
In decret.
Iuo. lib. 1.

C II.

Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis cau-

Dift. 81.
Ad reatum.

Zzz iiij

550 ANASTASIVS P. I. CONCILIVM ARCADIVS^S HONORIVS^S IMP.

fa, adolescentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiificantur.

AUG
CIRCE
JUL

C III.

Ibid. Vi-
duæ, quæ.

Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assiduæ in Dei opere esse debent, vt & meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent.

C IV.

27. q. 7. Si-
cut.

Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est. Ut si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate a viro relictæ, se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sacerdetales transierunt, secundum Apostolum, *damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino volebunt, irritam facere * ausæ sunt.* Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in coniuicio cum Christianis communient. Nam si adulteræ coniuges reatu suis obnoxiae, quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutauerunt, criminè adulterii notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coactæ, obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atque ad * secundas nuptias transitum fecerint? Quæ & si violentia irruente, ab aliquo præceptæ fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio, raptori vel violento viro conferint, damnationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxiae. De talibus ait Apostolus: *Cum luxuriatae fuerint, nubere volunt, habentes damnationem,*

1. Tim. 3.

1. Tim. 5.